



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

299. Interrogat Iesvm Pilatus, & iterum pro tribunali sedet.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

arundinem, & percutiebant caput eius, *Matthaei 27. v. 30.*

MEDITATIO CCXCVIII.
ECCE HOMO.

I. **E**Xiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. *Ioan. 19. v. 4.*

II. Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis: ECCE HOMO. *Ioan. 19. v. 5.*

III. Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. *Ioan. 19. v. 6. 7. 8.*

MEDITATIO CCXCIX.

Interrogat IESVM Pilatus, & iterum pro tribunali sedet.

I. **P**ilatus ingressus est praetorium iterum, & dixit ad IESUM: Vnde es tu? IESUS au-

autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem adversus me ullā, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.

Ioan. 19. v. 9. 10. 11.

II. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari. *Ioan. 19. v. 12.*

III. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras IESUM, & sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha. *Ioan. 19. v. 13.*

MEDITATIO CCC.

De sententia Pilati in Christum.

I. ERat autem parasceve Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Pilatus Iudæis: Ecce Rex vester. Illi autē clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. *Ioan. 19. v. 14. 15.*

II. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habet.